

frons procurrat Hispaniae, DCCCCXCI·D.
 mensura currit duplici via: a Gange amne
 ostioque eius, quo se in Eoum oceanum
 effundit, per Indiam Parthyenenque ad My-
 riandrum urbem Syriae in Issico sinu posi-
 tam LII · XV, inde proxima navigatione
 Cyprum insulam, Patara Lyciae, Rhodum,
 Astypalaeam in Carpathio mari insulam,
 Taenarum Laconicae, Lilybaeum Siciliae,
 Caralim Sardiniae XXI · XIII, deinde Ga-
 des XII · L, quae mensura universa ab Eoo
 mari efficit LXXXV · LXXVIII.

243

Alia via, quae certior itinere terreno ma-
 xime potest, a Gange ad Euphraten amnem
LI · LXIX, inde Cappadociae Mazaca
CCXLIV, inde per Phrygiam, Cariam,
 Ephesum CCCCXCIX, ab Epheso per
 Aegaeum pelagus Delum CC, Isthmum
CCXII·D, inde terra et Laconico mari et
 Corinthiaco sinu Patras Peloponnesi XC,
 Leucadem LXXXVII·D, Corcyram totidem,
 Acroceraunia LXXXII·D, Brundisium
LXXXVII·D, Romam CCCLX, Alpes us-
 que ad Scingomagum vicum DXIX, per
 Galliam ad Pyrenaeos montes Illiberim
CCCCLXVIII, ad oceanum et Hispaniae

244